ΣΤΟΤΕΛΗΣ
BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1103

MS 1103

1156414627

Quoniam autem necesse est in quibus genus dicitur speciem etiam speciem aliquam dici. Quecunque speciem habent ... in genere nomine ... etiam aliquam speciem habeant ... nomen ab aliqua specie ... necesse est

Ex libris Bartholomaei Perdulcis Diemansis . 1563

~~Ex libris Antonii Corberii~~ Ambianensis . 1555.

Ex libris ...

αδελφος κ φιλος εστι Βαρθολομαιος ευγενης εμου

Perdulcis

Vinum vetus semper αντεπονιτους το ινο νεοτερο

ante et post semper φιλος εσομαι

φιλια σαυρος εστι αγαθος

M. IV. ~~[illegible]~~ 158.

Argumentum octo Librorum De Natura.

Dogmata consultans veterum liber ordine primus
Quae tria sint rerum semina prima docet.
Addita naturae quae vis sit, disserit alter
Causarum duplici cum ratione simul.
Tertius explanans de motu paucula, quae sit
Vis infiniti, [illegible] [illegible] refert.
Quid locus et vacuum claro sermone docetur
Quarto, quid tempus tradit et ipse liber.
Enumerat motus species, qui motus et unus
Quae cui adversetur motio quintus habet.
Motum partitur certa ratione coactum
Sextus, priscorum variaque sensa premit.
Septimus a prima deducit origine mundum
Et quis cui motus congruat inde docet.
Asserit aeternum motum liber ultimus, idem
De varia loquitur proprietate Dei.

TABVLAE IN OCTO LIbros Ariſtotelis de Auſcultatione phyſica.

PARISIIS,

Ex typographia Matthæi Dauîdis, via amygdalina ad Veritatis inſigne.

1 5 5 0.

(2)

TABVLAE IN OCTO LIbros Ariſtotelis de Auſcultatione phyſica.

Ex primo libro Phyſico Ariſtotelis. Principia.

- *Non ſunt*
  - *Vel ens vnum,*
    - *Infinitum, vt Parmenides ait:*
    - *Aut finitũ, vt Meliſſus, quia*
      - 1. *Ens eſt ambiguum, & multas res diuerſas ſignificat.*
      - 2. *vnum eſt multiplex.*
      - 3. *Vterque argumento & argumentatione peccat.*
  - *Vel vnum ſubiectum corpus.*
    - *Ignis,*
    - *aqua,*
    - *aer,*
    - *quiddam medium inter ignẽ & aërem.*
  - *Vel tria,* *magnum, paruum, forma:* *vt Plato ait.*
  - *Vel quatuor elementa,* *Ignis, aer, aqua, terra:* *quibus præſunt lis & amicitia, vt ait Empedocles.*
  - *vel infinita ſimiliũ partiũ, vt ait Anaxagoras: quia*
    - 1. *Infinitorum nulla eſt ſcientia.*
    - 2. *Quẽadmodũ corpus, ſic & corporis partes certa magnitudinis, aut paruitatis quantitate circunſcribuntur.*
    - 3. *Omne corpus ablatione finiti tandem conſumitur.*
    - 4. *Mens illa Anaxagoræ fruſtrà tentauit, quia efficere nõ potuit, vt res ſepararet.*
- *Sunt*
  - *Contraria, quia*
    - *Parmenides & Meliſſus etiam contraria fecerunt, vt calidum & frigidum.*
    - *Ex primis contrariis omnia fiunt, vt Phyſici docent.*
  - *Non vnum,* *Non enim eſſent contraria.*
  - *Non infinita, quia* *generatio non fit ex infinitis.*
  - *Sed finita,*
    - *Non duo tantum,*
      - *Rarum, denſu*
      - *Concordia, diſcordia,*
      - *quia his oportet aliquid eſſe ſubiectum.*
    - *Sed tria,*
      - *Subiectum vnũ, materia, quæ non eſt ens, quia*
        - 1. *priuatio huic iſit,*
        - 2. *nõ ſit ens actu: nã ex eo generatur aliquid.*
      - *Duo contraria,*
        - *Forma.*
        - *Priuatio.*

Ex libro ſecũdo phyſico.

- Res ſunt
  - partim natura, quæ eſt principiũ motus & quietis eius, in quo ineſt primò per ſe, & non per accidens: natura autem ſignificat
    - materiam,
    - formam,
    - generationem.
  - partim aliis cauſis, vt
    - Lectus,
    - veſtis,
    - domus.
- Phyſicus hoc à mathematico differt, quòd conſiderat
  - quantitates & dimenſiones materiæ coniunctas,
  - materiam,
  - formam.
- Cauſſa,
  - materia,
  - forma,
  - efficiens,
  - finis.
  - prior,
  - poſterior.
  - per accidens,
    - continẽs,
    - contẽta,
    - propior,
    - remotior,
    - In quo genere ſunt caſus & fortuna, quas cauſas quidã dicunt,
      - Non eſſe,
        - quia omnia quæ ſunt, habẽt cauſam definitam.
        - Phyſici antiqui non docuerunt, quid eſſet fortuna.
      - Eſſe,
        - Alij curſum cæli, ſed falſo, quia
          - Si generatio animaliũ nõ eſt fortuita, neq; motꝰ cæli.
        - Alij cauſam nobis obſcurã, & diuinam.
        - Ariſtoteles caſum & fortunã cauſas eſſe ꝑ accidẽs in his rebus, quæ nõ ſimpliciter, aut plerũq; fieri poſſunt, atq; earum in his quæ alicuius gratia faciũt: differre autem, quia
          - Caſus latiꝰ patet, & cernitur ĩ rebꝰ animatis & inanimatis.
          - Fortuna tãtũ ſpectatur in rebꝰ, quæ habẽt deliberationem: itaq; omnis fortuna caſus eſt, non contrá.
  - Per ſe,
    - In quo genere eſt natura, quæ
      - agit alicuiꝰ gratia.
        1. quia natura nihil fruſtrà facit.
        2. In ſingulis generibꝰ eſt certus & cõſtãs ordo.
        3. Ars naturã imitatur.
        4. vt in artibus, ſic aliquando in natura peccatur, quando hæc non aſſequitur quod vult: vt labefactato aliquo principio, aut corrupto ſemine.
      - agit neceſſario ex hypotheſi, vt ſi forma eſt, materies ſit, neceſſe eſt, non contrá.
  - Potentia,
  - Actu.
  - Coniuncta,
  - Separata.

Ex tertio phyſico.

- *Motus inquiritur his principiis.*
  - *quædam ſunt,*
    - *actu,*
      - *hoc aliquid,*
      - *tantum,*
      - *tale,*
      - *& in cæteris categoriis.*
    - *potentia.*
  - *eorum, quæ ſunt ad aliquid,*
    - *aliud exceſsione & deceſsione dicitur,*
    - *aliud ex agente & patiente,*
    - *ac omnino ex mouente & mobili.*
  - *Id quod mutatur,*
    - *aut in ſubſtantia,*
    - *aut in quantitate,*
    - *aut in qualitate,*
    - *aut in loco,*
    - *mutatur.*
  - *Motus circa duas res verſatur,*
    - *vnam, vnde incipit:*
    - *alteram, vbi deſinit.*
- *Infinitum*
  - *Eſt, quia*
    - *1. Pythagorei & numerum infinitum, & aliquid extra cælum infinitum eſſe dicunt, & principiū faciunt rerū omnium:*
    - *2. Plato duo infinita facit, magnum & paruum:*
    - *3. Democritus infinitas cenſet eſſe atomos:*
    - *4. Anaxagoras ſimiles particulas eſſe ſtatuit:*
    - *5. Tempus eſt infinitum:*
    - *6. Magnitudo infinitè ſecari poteſt:*
    - *7. Hoc modo generationes & interitꝰ rerū perpetuari poſſunt:*
    - *8. Mens infinitè cogitat.*
  - *Nō eſt, quia*
    - *1. ſi ſeparabile eſt,*
      - *aut ſubſtantia tantum: & ita infinitum non erit.*
      - *aut accidens tantum, & ſic non erit principium.*
    - *2. Omne corpus eſt finitum:*
    - *3. Omnis numerus eſt numerabilis:*
    - *4 Nullum corpus eſt infinitum,*
      - *neque ſimplex,*
      - *neque mixtū, quia*
        - *Omne corpus eſt in loco,*
        - *Locꝰ autē eſt finitꝰ,*
        - *Igitur & corpus.*
    - *Neque Anaxagoras rectè dixit infinitum fuiſſe aliquando immobile, quia erat in ſeipſo: quia*
      - *Non quicquid alicubi eſt, ibi naturaliter quieſcit.*
  - *Quale eſt*
    - *Nihil actu infinitum:*
    - *Eſt aliquid infinitum potentia,*
      - *additione, vt numerus:*
      - *diuiſione, vt magnitudo.*

Ex quarto phyſico. Locus

- *Eſt, quia*
  1. *Res viciſsim mutant locum:*
  2. *Vnumquodque elementum fertur ad ſuum locum:*
  3. *Mathematici res locorum differentiis diſtinguunt:*
  4. *Qui vacuum dicunt, locum dicunt:*
  5. *Heſiodus chaos receptaculum eſſe dixit.*
- *Nō eſt, quia*
  1. *Si corpus ſit, erunt in eodem duo corpora:*
  2. *Si locus ſit corporis, erit & ſuperficiei, & lineæ, & puncti:*
  3. *Neque locus erit elementum, neque quicquam ex elementis:*
  4. *Ex nullo genere cauſæ fuerit:*
  5. *Locus eſſet in loco, & res in immenſum procederet.*
  6. *Locus creſceret, & minueretur cum rebus ipſis.*
- *Si locus aliquis eſt, vel materia, vel forma, vel magnitudo rei cuiuſque fuerit, quia*
  1. *In materia cuncta inſunt:*
  2. *Forma vnumquodque terminat:*
  3. *Res à magnitudine ſua terminantur:*
  4. *Plato vocat materiam locum.*
- *Nihil horum eſt, quia*
  1. *Materia, aut forma à re non ſeparatur, locus ſeparatur:*
  2. *Si locus continet, materia erit locus formarum:*
  3. *Nulla res pergeret ad ſuum locum:*
  4. *Locus erit in loco, quia materia eſt in re:*
  5. *Si forma eſſet locus, interiret aliquando locus.*
- *Quid eſt,*
  - *hypotheſes:*
    1. *Locus continet id, cuius eſt locus:*
    2. *Locus non eſt pars rei, cuius eſt locus:*
    3. *Æqualis eſt rei, cuius eſt locus:*
    4. *Nunquam à corpore vacuus eſt locus:*
    5. *Locus, aut ſuprà, aut infrà:*
    6. *Corpus ad ſuum locum pergit, & in eo remanet.*
  - *Definitio,*
    - *Locus non eſt materia cuiuſque rei, aut forma, aut magnitudo,*
    - *Sed extrema ſuperficies corporis continentis, immobilis prima.*

Ex quarto phyſico. Vacuū

- *Eſt, vt quidam putant, duplex:*
  - *Seiunctum à corporibus.*
  - *Inſitū corporibus, quia*
    1. *alioqui motus nullus eſſet ad locum:*
    2. *Corpora cōſtringuntur, quia intrant ēa vacua, quæ intus erant:*
    3. *Alimentum non poſſet diſtribui, niſi per vacua in corpore ſpatia:*
    4. *Vas plenū cinere poteſt capere multam aquam:*
    5. *Pythagorei vacuū eſſe dixerūt, quod ex infinito cælum trahit & intromittit in vniuerſum ad diſtinguendas naturas.*
- *Nō eſt neq; ſeparatū à corporib⁹, neq; admixtū: quia*
  1. *Non id, in quo nullum eſt: neque enim graue, aut leue:*
  2. *Non id, in quo eſt corporea ſubſtantia: quia*
     - *Nullum eſſet vacuum:*
     - *Materia eſt inſeparabilis:*
     - *Vacuum autem ſeparabile.*
  3. *Si vacuum eſſet, nullus eſſet motus ad locum.*
  4. *Res humanæ laxari & denſari poſſunt, ſine tamen vacuo:*
  5. *In dolio & cinere aer eſſe poteſt, qui exit cum aqua iniicitur:*
  6. *In corporibus ſunt ſpiritus, qui cedunt cibo & potui & alimento:*
  7. *Nulla res ad vacuum, aut in vacuo mouetur, quia in vacuo nec ſurſum eſt, nec deorſum:*
  8. *Nulla res in vacuo tardius, aut celerius mouebitur, quia in vacuo nihil eſt, quod celeritatē augeat, aut moretur: quare omnia erūt æquali celeritate:*
  9. *Corpus corpori cedit: vacuum autem nihil eſt:*
  10. *Errat Xanthus philoſophus, cùm ait vniuerſum fluctuaturum eſſe, niſi vacuum erit, in quo corpora corporibus cedant in motu: vacuum enim non eſt cauſa huiuſce rei.*

Ex quarto phyſico. Tẽpus

- *Non eſt, quia*
  - 1. *Quod præteriit, non eſt: quod futurum eſt, nondum eſt:*
  - 2. *Temporis partes nullæ ſunt ſimul:*
  - 3. *Momentum temporis vnũ & idem non manet: quia quæ iampridem fuerũt, nunc eſſent: neque corrumpi poteſt: quia nil corrumpitur, dum eſt.*
- *Quid eſt,*
  - *Non motus, quia*
    - 1. *Tempus eſt vbique: motus in eo duntaxat, quod mouetur:*
    - 2. *Motus celer & tardus dicitur: tempus non dicitur.*
  - *Non ſphæra,*
  - *Sed numerus motus ſecũdum prius & poſterius: quia momẽtum eſt extremum præteriti, & initium futuri.*
- *Temporis affectiones,*
  - 1. *Tempus dicitur multum, paruum, longum, breue:*
  - 2. *Tempus eſt numerus numeratus in motu:*
  - 3. *Vt motus, ſic tempus iterari poteſt:*
  - 4. *Tempus eſt menſura motus, & contrà:*
  - 5. *Tempus à tempore continetur:*
  - 6. *Tempus deſtruit omnia:*
  - 7. *Tempus numerus quietis per accidens:*
  - 8. *Res æternæ non ſunt in tempore, ſed tantum mobiles.*
- *Temporis differentiæ quædam,*
  - *Nunc,*
  - *olim,*
  - *aliquando,*
  - *iam,*
  - *modò,*
  - *pridem,*
  - *derepente.*
- *Quicquid mouetur, in tempore mouetur: quia*
  - 1. *Celeritas & tarditas, quæ ſunt in motu, intelliguntur ex tempore:*
  - 2. *Tempus & motus ſunt ſimul potentia & actu:*
  - 3. *Tempus eſt numerus motus:*
  - 4. *Tempus eſt menſura motus:*
  - 5. *Tempus eſt numerus motus cæleſtis.*

Ex quinto phyſico.

- *Res mutatur, aut mouetur,*
  - *per accidens,*
  - *per partem,*
  - *per ſe.*
- *In motu ſunt,*
  - *Mouens,*
  - *Mobile,*
  - *Tempus,*
  - *Initium motus,*
  - *Finis motus.*
- *Mutatio per ſe,*
  - *Generatio,*
  - *Corruptio,*
  - *Motus,*
    - *Non in ſubſtantia,*
    - *Non in relatione,*
    - *Non in actione & paßione,*
    - *Sed in quantitate,*
      - *Accretio,*
      - *diminutio.*
    - *In qualitate,*
      - *alteratio.*
    - *In loco,*
      - *latio.*
- *Motus,*
  - *Vel vnus & idem*
    - *Genere,*
    - *Specie,*
    - *Numero, in quo tria requiruntur,*
      - *Vnum mobile numero,*
      - *vna ſpecies,*
      - *vnum tempus.*
  - *Vel contrarius motui, vt ſanatio ægrotationi,*
    - *Perfectus,*
    - *imperfectus:*
    - *Æquabilis,*
    - *inæquabilis.*
- *Circunſtantiæ ad motum pertinentes,*
  - 1. ἅμα, *ſimul,*
  - 2. χώρις *ſeorſum,*
  - 3. ἅπτεσθαι, *tangere,*
  - 4. μεταξὺ, *intermedium,*
  - 5. συνεχὲς, *continuum,*
  - 6. ἐφεξῆς, *deinceps,*
  - 7. ἐχόμενον, *cohærens.*

Ex ſexto Phyſico.

- Nullũ continuũ conſtat ex punctis: quia
  - Neque linea conſtat ex punctis, quia
    - 1. Punctorum nulla ſunt extrema:
    - 2. Puncta ſeſe non tangunt:
    - 3. Neque punctum ad pũctum deinceps erit:
    - 4. Omne continuum infinitè ſecari poteſt.
  - Neque motꝰ ex indiuiduis cõſtat, quia
    - 1. Reſpondet partibus, quæ ſemper diuiduæ ſunt:
    - 2. Tempus nullum conſtat ex indiuiduis:
    - 3. Zenonis conſectarium eſt fallax, ꝙ infinitudo tranſiri non poſſit, quare nec motus verus: Infinitum enim diuiſione percurri nequit.
    - Motus duobꝰ modis diuiduus eſt,
      - Ratione tẽporis,
      - Ratione eius, quod mouetur.
- Motus omnis eſt infinitus, vnde hæc ſunt decreta,
  - Cùm quippiam primò mutatum eſt, in eo eſt, in quod mutatum eſt:
  - Id in quo primùm quippiã mutatum eſt, punctum tẽporis eſt, non tẽpus:
  - Prima pars eius quod mutatur, reddi non poteſt:
  - Quod primò mutatur in tempore, in qualibet eius parte mutatur:
  - Omne quod mouetur, antea mouebatur:
  - Omne mutatum, prius mutabatur:
  - Quod mouetur, magnitudinem infinitam tempore infinito nõ tranſit, & contrà:
  - Magnitudo finita finito in tempore non poteſt tranſire magnitudinem infinitam, & contrà:
  - Magnitudo finita non tranſit infinitam finito in tempore.
- Quod ad quietem tendit,
  - mouetur in tempore, & ad quietem tendit, & in qualibet parte eius temporis, in qua primò ad quietem pergit.
- Refutatio
  - Zenonis tollentis motus, cuius quatuor rationes fallaces, quia
    - 1. Infinitum diuiſione tranſiri poteſt:
    - 2. Quod celerrimè currit, poteſt aſſequi tardius mobile:
    - 3. De ſagitta volante, quia nunquam ad finem ſit ventura:
    - 4. Quod duplo temporis, duplum ſit æquale.
  - Democriti, quòd nullum indiuiduũ moueri queat.
    - Idem ſimul quieſcet, & mouebitur:
    - Motus ex diuiduis partibus conſtat:
    - Tempus eſt diuiduum.
  - Heracliti, quòd omnia non ſunt in perpetuo motu.

Ex ſeptimo phyſico.

- *Quod mouetur*
  - *ab alio mouetur,*
  - *à mouente tangitur: vt apparet in*
    - *accretione,*
    - *diminutione,*
    - *latione,*
    - *alteratione, quæ*
      - *non eſt in formis,*
      - *non in habitibus,*
      - *ſed in ſenſilibus qualitatibus*
- *Motus*
  - *Nõ omnis omni motui cõparatur: quia*
    - *Circunferentia eſſet æqualis rectæ lineæ.*
    - *Affectus longitudini eſſet æqualis, ſi alteratio lationi conferretur.*
  - *Omnis omni motui comparatur: quia*
    - *ſimul aliquid ſuper circulo & recta linea mouetur.*
    - *Circunferentia eſt maior, aut minor recta linea, quare etiam æqualis.*
  - *Quæ in comparatione requiruntur,*
    - *Synonyma,*
    - *Conuenientia ratione ſubiecti, & eius quod eſt in ſubiecto.*
  - *Quis cui motus comparatur,*
    - *Motus diuerſi ſpecie non comparantur:*
    - *Quæ ſunt eiuſdem ſpeciei & rationis, comparantur.*

Ex octauo phyſico.

- Motus caret
  - principio, quia
    - Si vnũquodque mobile, aut mouẽs factũ eſt, ante quẽlibet motum, ſemper mouens aliquid fuit.
    - Si ſempiternum fuit, & quieſcebat, motus aliquis fuit antiquior quiete.
    - Tempus principium non habuit,
      - vt omnes phyſici dicunt:
      - quia momentũ ſemper eſt extremũ præteriti, & initiũ futuri.
  - fine, quia
    - Vltima mutatione eſſet aliqua poſterior.
    - Nec audiendus Empedocles, qui cenſet omnia interdũ omnino quieſcere, deĩde moueri: nec Anaxagoras probãdus, qui dixit res ab æternitate quieuiſſe, & tandẽ à mente diuina ſeparatas fuiſſe.
- Enumeratio opinionũ, & refutatio.
  - Vniuerſa non ſemper quieſcunt, vt cenſet Parmenides, quia
    - Videmus multa moueri.
    - Natura eſt principium motus, & quietis.
  - Vniuerſa non ſemper mouentur, contra Heraclitum, quia nullo genere motus ſemper moueri poſſunt.
  - Quædam quieſcunt, & quædam mouentur,
    - per accidens,
    - per ſe,
      - aut à ſeipſis, vt animalia:
      - aut ab alio, vt grauia, leuia.
- Eſt aliquod primum mouens, quia
  - Motus in infinitum ſerperet.
  - Non omne mouens mouetur.
  - Cũ totũ mouetur, iterdum mouetur à ſua parte, quæ eſt immobilis.
  - Eſt aliquid ĩmobile, quod
    - mouet cõtinuũ & perpetuũ corpus, cuius motus eſt,
      - Reliquis motibus antiquior & perfectior.
      - Tota latio continua,
        - Nõ recta,
          - quia cũm latio recta ad extremũ venit, ſi reflectitur, quies interponitur.
          - Latio recta lationi rectæ opponitur.
        - ſed latio fit in orbẽ,
          - quia ea prima eſt & perfecta.
          - nihil habet contrarium.
          - Sphæra ſine vlla intermiſsione cõuerti poteſt.
    - expers eſt quãtitatis, quia nõ poteſt habere magnitudinẽ:
      - Aut infinitã, quia nulla talis eſt.
      - Aut finitã: quia finita magnitudo non poteſt habere vires infinitas.